Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

supplicia aeterna tolerare . cui
per mediatoris aduentum no
uum aliquid accessit . ut sibic
recte studeat uiuere . caeloru
ualeat regna penetrare .
Et homo in terra editur a corrup
tibili uita moriatur in caelo con
locandus . Et tu&us itaq; est
ut pro culpa humanum genus
in aeterna poena intereat .
& nouum ut conuersus in regno
uiuat . Quod ergo in conclusi
one locutionis suae dns subdidit .
hoc est utiq; quod premisit .
Prius enim de regni similitudine .
thesaurum inuentum ac bona
margaritam protulit . postmo
dum uero inferni poenas . dema
lorum combustione enarrauit .
atq; in conclusione subiungit .
Ideo doctus scriba in regno cae
lorum similis est patri famili
as . proferenti de thesauro suo
noua & uetera . Ac si aperte
diceretur . ille in sca ecclesia
doctus predicator est . qui & no
ua scit proferre de suauitate
regni . & uetusta dicere de terro
re supplicii . Ut uel poene
terreant . quos premia non inui
tant . Audiat de regno quod
am& . audiat de supplicio unus
quisq; quod timeat . ut torpen
tem animum & terrae uehemen
ter inherentem . si amor ad reg
num non trahit . timor min& .
Ecce enim de gehennae expres
sione dicitur . Ibi erit fletus
& stridor dentium . Sed quia
presentia gaudia secuntur
perpetua lamenta . hic frs kmi
uanam laetitiam fugite . si illic
flere formidatis . Nemo &
enim potest & hic gaudere cum
saeculo . & illic regnare cum dō .
Temporalis itaq; laetitiae fluxa
re stringite . carnis uoluptates
edomate . Quicquid animo
ex presenti seculo arrid& . ex con
sideratione aeterni ignis ama
rescat . Quicquid in mente pu
eriliter hilarescit . hoc discipli
nae iuuenalis sensus coherceat .
ut dum sponte temporalia fugitis .
&erna gaudia sine labore capiatis .

ITEM IN NAT SCE FELI
CITATIS SEU ET ALIAR
SCARUM .

LEC SCI EUA SEC MATH .

In illo tempore . Loquente ihū
ad turbas . ecce mater eius &
fratres stabant foris . quaeren
tes loqui ei . Et reliqua .

CXXIIII

OMELIA BEATI
GREGORII PAP
DE EAD LECTION .

SCI EVANGE
lii frs kmi breuis

est lectio recitata · sed magnis
misteriorum ponderibus gra
uida .· Ihs enim conditor
& redemptor noster · matrem
se nosse dissimulat · & quae ei
mater sit · qui propinqui · non
per cognationem carnis · sed per con
iunctionem spr designat dicens ·
Quae est mater mea · & qui sunt
fratres mei ? Qui cumq; fece
rit uoluntatem patris mei qui
in caelis est · ipse meus frater so
ror & mater est .· Quib; nobis
uerbis quid aliud innuit · nisi
quod obsequentes iussionibus
suis multos ex gentilitate col
ligit · & iudeam ex cuius carne
est genitus non agnoscit .·
Unde & mater eius cum quasi
non agnoscitur · foris stare per
hibetur .· Quia uidelic& sina
goga idcirco ab auctore suo
non recognoscitur · quia legis ob
seruationem tenens · spiritalem
intellectum perdidit · & sese ad
custodiam literę foris fixit .·
Sed dum is qui uoluntatem pa
tris fecerit · soror & frater dni
dicitur propter utrumq; sex
um qui ad fidem colligitur ·
mirum non est · mirandum ue
ro ualde est · quomodo etiam
mater dicatur .· Fideles ergo
discipulos fratres uocare dig
natus est dicens .· Ite nunti
ate fratribus meis .· Qui er
go frater dni fieri ad fidem
ueniendo potuerit · quae
rendum est quomodo esse etiam
mater possit .· Sed sciendum
nobis est · quia qui xpi frater
& soror est credendo · mater
efficitur praedicando .·
Quasi enim parit dnm · quem cor
di audientis infuderit · & ma
ter eius efficitur · si per eius uo
cem amor dni in proximi mente
generatur .· Ad quam rem no
bis idonee confirmandam ·
adest beata felicitas · cuius ho
die natalicia celebramus · quae
credendo extitit ancilla xpi · &
praedicando facta est mater xpi .·
Septem quippe filios sicut in ges
tis eius emendatiorib; legitur ·
sic post se timuit uiuos in carne
relinquere · sicut carnales pa
rentes solent metuere · ne mor
tuos praemittant .· In persecu
tionis enim labore deprehensa ·
filiorum corda in amorem supne
patriae praedicando roborauit ·
Et parturiuit spu · quos carne
pepererat · ut praedicatione pare
ret dō · quos carne pepererat
mundo .· Considerate fratres
karmi in femineo corpore uirile
pectus .· Ad mortem stetit in

per territa amittere se in filiis
lumen ueritatis timuit · si non
fuiss& orbata · Numquid
ego hanc feminam martyram
dixerim? Teste dns cum de
iohanne loqueretur dixit ·
Quid existis uidere in deserto pro
phetam? utiq; dico uobis & plus
quam prophetā · Et iohannes
ipse requisitus · respondit dicens ·
Non sum propheta · Qui a enim
se plus quam prophetam nouerat
esse se prophetam negabat ·
Qui idcirco plus quam propheta
dicitur · quia prophetae est offi
cium uentura prenuntiare · non
&iam ostendere · Iohannes
uero plus quam propheta est ·
quia quem uerbo dixit · digito
ostendit · Non ergo hanc fe
minam martyram sed plus quam
martyram dixerim · quae sep
tem pignoribus ad regnum prae
missis · totiens ante se mortua
ad poenas prima uenit · sed per
uenit octaua · Aspexit mater
& cruciata & inperterrita fili
orum mortem · spei gaudium ad
hibuit · dolorem naturae timuit
uiuentibus · gauisa est morien
tibus · Optauit nullum post se
relinquere · ne si quem haber&
superstitem · non poss& habere
consortem · Nemo ergo ex uo
bis fratres karissimi existim& · quod
eius cor morientibus filiis &iam
carnalis affectus minime pulsa
uit · Neq; enim filios quos
carnem suam esse nouerat · sine
dolore poterat morientes ui
dere · sed erat uis amoris inte
rior · quae dolorem uincer& car
nis · Unde & passuro petro dici
tur · Cum senueris extendes
manus tuas · & alius te cing& ·
& duc& quo tu non uis · Neq;
enim si plenissime petrus noll& ·
pro xpo pati potuiss& · Sed mar
tyrium quod per infirmitatem
carnis noluit · per uirtutem spr
amauit · Qui dum per carnem
ad poenas trepidat · per spm ad
gloriam exultat · Actum est
ut cruciatum martyrii nolendo
uoluiss& · sicut nos quoq; cum
gaudium quaerimus salutis ·
amarum poculum sumimus pur
gationis · Amaritudo quippe
in poculo displic& · sed restitu
enda per amaritudinem salus
plac& · Amauit ergo iuxta
carnem felicitas filios · sed pre a
more caelestis patriae · mori co
ram se uoluit quos amauit ·
Ipsa eorum uulnera accepit · sed
ipsa in eis dem ad regnum pre
uenientibus excreuit · Recte
ergo hanc feminam ultra mar

titam dixerim. quae & totiens
in filiis est desiderabiliter ex
tincta. dum multiplex marty
rium optinuit. ipsa quoq; mar
tyrii palmam uicit. Fertur
apud ueteres mos fuisse. ut quis
quis consul extiter&. iuxta or
dinem temporum honoris sui lo
cum tener&. At si quis poste
rior ad consolatum ueniens.
consul non semel sed bis fortasse
aut tertio fier&. & iam illos lau
de & honore transcenderet. qui
non plus quam semel consules
extitissent. Uicit ergo beata
felicitas martyras quae tot an
te se morientibus filiis pro xpo
frequenter occubuit. quia ad
amorem illius sola sua mors mi
nime sufficit. Consideremus
fratres hanc feminam. conside
remus nos qui membris corporis
uiri sumus. in eius conparatione
quid existimabimur. Saepe
namq; agenda aliqua bona pro
ponimus. sed dum nos contra nos le
uissimus sermo ab ore inriden
tis eruperit. ab intentione ac
tionis nrae fracti protinus & con
fusi resilemus. Ecce nos ple
rumq; a bono opere uerba reuo
cant. felicitatem uero sca inten
tione frangere nec tormenta
potuerunt. Nos in aura male

dictionis inpingimur. haec ad
regnum & iam perferrum exiit
nihilq; esse quod obsistebat existi
mabat. Nos ad praecepta domi
nica largiri nra saltim super
flua nolumus. haec non solum
dō suam substantiam contulit.
sed pro illo & iam propriam car
nem dedit. Nos cum ex diuina
iussione filios amittimus. sine
consolatione lugemus. haec eos
uelut mortuos plangeret si non
optulisset. Cum ergo ad illud
terribile examen districtus
iudex uenerit. quid nos uiri di
cemus. cum eius feminae glori
am uiderimus. de debilitate
mentis suae. quae tunc erit no
bis uiris excusatio. quando h&c
ostendetur. quae cum saeculo
& sexum uicit. Sequamur
ergo fratres kmi districtam
& asperam redemptoris uiam.
usu quippe uirtutum. ita est plana
facta est. ut per eam feminis
libeat ambulare. Despicia
mus cuncta praesentia. nulla
sunt & enim quae transire non
possint. turpe est diligere. quod
constat citius perire. Non nos
terrenarum rerum amor supe
r&. non superbia infl&. non
ira dilani&. non luxuria pollu
at. non inuidia consumat.

Amore nr̄o fratres karissimi redemptor noster occubuit. & nos amore eius discamus uincere nos m& ipsos. Quod si perfecte agimus non solum inminentes poenas euadimus. sed communi cum martyribus gloria remuneramur. Nam quamuis occasio persecutionis deest. hab& tamen & pax nr̄a martyriū suum. Quia & si carnis colla ferro non subdimus. sp̄itali tamen gladio. carnalia desideria in mente trucidamus.

IN DEDICATIONE ECCLESIAE

LEC SCI EVG SEC LUCAM.

IN illo tempore. Dixit ihs discipulis suis. Non est arbor bona quae facit fructus malos. neq; arbor mala faciens fructum bonum. Et reliq.

OMEL UENER BED PRBI DE EADEM LECTIONE.

QUIA PROPITIA DIUINITATE frs karissimi sollemnia dedicationis ecclesiae celebramus. debemus congruere sollemnitati quam colimus. Ut sicut ornatis studiosius eiusdem ecclesiae parietibus pluribus accensis luminaribus amplificato numero lectionum. addita psalmorum melodia. laetis noctem uigiliis & more transegimus. ita & iam penetralia cordium nr̄orum. semper necessariis bonorum operum decoremur ornatibus. Semper in nobis flamma diuinae pariter & fraternae caritatis augescat. Semper in sc̄uario pectoris nr̄i caelestium memoria preceptorum. & angelicae dominationis dulcedo sc̄a resonet. Hi sunt enim fructus boni arboris. hi boni thesauri cordis. haec fundamenta sapientis architecti. quae nobis hodierna sci euangelii lectio commendat. Non nos formam solummodo. sed uirtutem potius habere pietatis. Quod & iam mystica ueteris instrumenti nobis historia diligenter insinuat. quando uel moyses tabernaculum. uel templum dn̄o salomon in sc̄ae ecclesiae typum condidit. Utraq; enim domus firmiter fundata esse

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg